



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

L. Praeceptum Ludovici Pij Imperatoris de vico qui dicitur Epaonis in  
dioecesi Viennensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

## X L I X.

*Charta Ansemundi & Anselmiane, cuius  
mentio habetur in superiori precepto.*

Ex eodem  
chartulario  
Viennensi.  
\* ut

**D**ominæ filia Remilia & vocabulo Eugenia  
Ansemundus & coniugis dilecta mea An-  
leubana. Non habetur incognitum qualiter  
fratres senatus nobilis Viennensis res nostras  
tibique tradidimus, \* & monasterium, quod  
Deo vovimus ad sepulturam nostram, inde  
construere in honore sancti Andreae Apostoli,  
quod nos jam feceramus in honore sancti Petri  
in bello campo foras portam civitatis, & tu in-  
fra de facultate nostra & foras offa sanctuarum  
Dei requiescerent. Damus autem ad hoc opus  
integrum cortile hereditatis nostræ non longo à  
loco qui dicitur Martis, totum quod infra vel  
foras civitatem hereditario jure possedimus, &  
quicquid ibi nobis obvenit legibus, ut sanctis  
feminis monasterium ibi confituaas, & ex ordi-  
ne vivant quos sanctus Leonianus sancte mo-  
nasterio urbis nostræ instituit, ubi foras nostra  
Eudona Abbatisa p̄fess̄; cuius institutione mu-  
trita & ipsius ..... altaria matris Viennensis Ecclesie,  
fictus nos vovisse non dubitas,  
instrumentis factis absque mora consignat, ut  
matre nostra Viennensis Ecclesie inde nostra he-  
res fiat. Consignamus tibi ad hoc opus omnes  
res nostras illas, exceptas quas matre Ecclesie  
& sancto Petro per testamentum legavimus &  
illas quas hereditibus dimittimus, alias totas po-  
testati tuz concedimus, votum nostrum inde  
impleas, & Deo perfecta placere valeas. Ego  
Servilius jubente domino meo Ansemundo &  
Domina mea Anleubana scripsi, roboravi, an-  
no i. regnante domino Lotario.

## L.

*Preceptum Ludovici Pj Imperatoris de viro  
qui dicitur Epaonis in diœcesi Viennensi.*

An. 811.  
Ex eodem  
chartula-  
rio  
\* sancto-  
rum

**I**n nomine Domini Dei & salvatoris nostri  
Iesu Christi, Hludovicus divina ordinante pro-  
videncia Imperator Augustus. Si erga loca divinis  
cultibus mancipata ob amorem Dei \* eorumque  
reverentiam beneficia opportuna largimus, id no-  
bi proculdubio ad extensæ territoriorum præmia  
capillenda profuturum liquido credimus. Idcirco  
notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei  
Ecclesie & nostris prefentibus scilicet & futuris  
quia spontanea voluntate adiens serenitatem cul-  
minis nostri vir illius Abbo Comes, qui & vi-  
cum qui dicitur Epaonis, qui erat ex ratione  
sancti Maurici ex Episcopatu Viennensi, ubi  
nunc auctore Deo Bernardus Archiepiscopus Prae-  
fus esse dicitur, beneficiario munere ex nostra  
largitione habebat, ubi erant etiam Ecclesie des-  
trocta & discoarta, quarum sunt vocabula  
sancti Andreae Apostoli & sancti Romani marty-  
ris, precibus quibus valuit nostram obsecravit  
clementiam ..... quantumcunque ipse ibi ex

beneficio ..... Ecclesie sancti Maurici Viennensis redderemus, quod ita ..... fidelium nostrorum cognoscat industria. Pro sumptuoso studio, ut hoc quod supradictus Abbo in supradicto vico habebat, & nos ad eum de precatio-  
nem ipse dicto Bernardo Archiepiscopo immo-  
eius sanctæ sedi redditissimus, rectores eorum per-  
petuo iure ecclesiastico tenentes atque posside-  
rent, hos imperiales apices fieri jussimus, per  
quos decernimus atque facimus ut ipsum vicum &  
res quislibet haecenus prescriptum Abbo ha-  
buit & ad eundem vicum atque ad easdem Ecclesias, quæ ibi fuerint dicatae in honorem & vene-  
rationem sancti Andreae Apostoli & sancti Romani martyris, pertinent, ita rectores supranom-  
inate sedis teneant atque possident sicut certe-  
ras res que ad supradictum episcopatum pertinent,  
& faciant exinde quicquid elegerint iure ecclesiastico. Et ut hæc auctoritas confirmationis nos-  
træ per futura tempora inviolabiliem atque incon-  
volum obireat firmitate, anuli nostri impre-  
sione signari jussimus.

Durandus Diaconus ad vicem \* Fridarij reco- \* Fridarij  
gnovit.

Data v. Nonas Martias anno Christo proprio  
xvii. imperij Domni Hludovici senerrissimi  
Augusti, Indictione viii.

A cum Aquitani palatio regio in Christi no-  
mine feliciter. Amen.

## L I.

*Vetus narratio de origine & privilegiis mo-  
nasterij sancti Antonini in diœcesi Ruthenensi.*

**I**n nomine sanctæ & individue Trinitatis. Ex archivio  
Pippinus Dei gratia sicut Francorum ita & monasterij  
Aquitaniæ Rex ..... imminet populorum, S. Antonini  
ad quorum procurationem Dei providentia festi-  
nare non diffilit, & ut mores hominum emenda-  
ret, & que à falsis catholicis destruta fuerant  
monasteria reformaret, & que non stabant, &  
suis hereditibus amplificaret, & que non fue-  
rant in Dei honore magnifice edificaret, iter ar-  
ripiens salutare, quod desiderio Domino dispo-  
nente complevit & actione. Qui cum iter ingref-  
sus ad exemplum divinum opus in laude & gloria  
Dei Patris & Salvatoris nostri Iesu Christi & da-  
tione sancti Spiritus procedentis à Patre & Filio,  
loca sanctuaria visitans honoranda, que terrenis  
opibus locupletando consolidat, & que stabilita  
invenit munieribus & exemplis stabiliora confi-  
mat, qua in re solertia p̄vigil ad complendum  
quod in corde petraeum suum prepositum, &  
quod Deus annuit illi, illud se studioſius obediens  
promisit, & quibus refedit locis dona contulit  
plutina temporalia, & admonendo coelestia; ta-  
lique desiderio æstuans ad beatæ martyris sancti  
Antonini locum ob suorum suffragiis ministrorum  
perfumum venerandum, quia ejusdem martyris  
venerabile caput ibidem summo honore reposi-  
tum signis & miraculis longè latèque, dum pius  
Rex advenierit, & tanta martyris patrocinia per-  
pensus fuerit solerter, eo in loco residens cum mag-

Xxx iii